

Clarissime Goli

(1/2)

Si de latitudine Byzantina parò molestus Mendelino est, quã in ne diu petitioni nostrã satisfecisti, scitò distulisse me referre homini, quã perscripseras, donec a Legato Hagã acciperem, quod unã operã transmitti posset. Jam cum instet acrius, et in recudendo lex ita ea versetur cuius, ut opinor, hoc rescripto pattem te esse cupit, restituo illi tandem, quod ex fideicommissio hætenus apud me latuit. Tibi autem obiter significo, ne te bis conveniri, qui tam bonum probumque nomen es, aut miseris, aut agnẽ feras. Utrumque enim possis tuo jure, nisi hæc moras nostrã causã cognitã. Vale vir doctissime, et me ama, qui te plenissimo affectu. Hagã Com: XVI. Cal: Febr: C1717 CXXXIII.

Mendelino.

Distuli ad te referre, vir doctissime, quã a Golio jam nostro, de latitudine Byzantina diu accepi, et sola me responsi spes à Legato detinuit. Illum enim tam serio <sup>com</sup> ~~inter~~pellaveram, ut brevi crederem atque eãdem operã utriusque consilia potestatis tuã fieri posse. At enim, quã diebus alibi, aut septimanis, hic mensibus intervalla metimur. Hæc ergo in ante cessum, quod de re quassitã Goliã, suo in more, suo candore. Mox ut Byzantii quid allatum fuerit, quod hætenus male cessatum est, diligentia corrigam. Ignosce tu pro humanitate quã tuã, et affectu illo, quo me tuum esse fateris distractissimo amicorum. Non est mea sors, respondere ubique mutuis officiis; non adversus eos quidem, quos cum cultu amo, et cum stupore observo. Inter quos te censeri rogo mi Mendelino, et enixe rogo, persuasum habeas quã quod maximẽ et me ames. Hagã Com: XVI. Cal: Febr: C1717 CXXXIII

Addo libellos duos, et pridem tuos ex legitimo stipulatus. Invenies in illis quod opinionem inter firmet quam de autoribus, sat scio, concepisti nisi quod pagellas aliquot obscuro nomine rheo corrupserunt.

De Wilmhio.

Amplissime Domine Collega, et affinis charissime

(1/4)

Elegantissimo munusculo me distasti, et habeo quas olim reddidurus sum gratias, si sic rerum tuarum ratio exigeret, mearum facultas feret. De Cylindri effectibus

effectibus pridem Theoreticis certior fui. Praxin in presentia  
eo arctius amplector, quod ad formam lucidissima materia  
inuentum accesserit, quod valde quidem scire cupiam,  
an sectionibus Conici, Parabola puta vel ellipsi, ceterisque  
applicari possit. De Inducis nemo est, qui cettiquam  
statuere valeat. In proaludiis versamur, quas cujus culpa  
malei protrahantur, coram disserere malim, quam sic  
eminus indicare. De forma discessit tui et mora securus  
esto. excusat te projectionis causa coram quouis Minore  
medum a clementissimo Principe agris fieri metuas, quod  
jubente sic tantum Deo fers non inuitus. Si quo tamen  
patrocinio egere potest tam bona causa, crede me hunc  
semper fore, qui has partes nomini delegatas velim, et  
securus interim quod potes ac debes opera meritissima  
matri dato. Salutem illi omnes aut ~~cum~~ <sup>in</sup> mortalibus  
aut aeternam, prout visum numini erit, integerrimo  
affectu apprecamur. Ego te valere jubeo et me amare. Haga  
Com: VI. Id. Mart: 1633.

Studiosissimus tui Collega et affinis  
observantissimus.

Adto Molinai et Balraci aliquid  
quod a Rineto editionis autore  
hodie mihi allatum fuit. Confido  
acceptum fore, quantum mihi  
Cylindrus est, materia minime  
et formi utcumque splendidissima.

Comiti a Lesno

Baroni vestro, Illustrissime Domine, operam omnem debet,  
quam et imperanti tibi debere me existimavi, et Heinio  
commentanti, quo utroque acciarem stimulum fateor  
adhberi mihi non posse. Reliquum est a vobis moneatur,  
ex parte jam curatus aeger, ne qua vulgo innotescat  
acceptum a Principe beneficium. quod in exemplum sane  
trahi ab aliis non potest, ab ipso non debet. si secus  
apud se statuerit, rogandus mihi in posterum erit, alio  
ut proxeneta utatur. Tibi Domine Illustrissime obsequia  
omnia defero, et ut amare me, quod coepisti, pergas curare  
rogo. XI. Cal. Apr: 1633. Haga Com.

Ad incomparabilem amicum nostrum nunc non scribo  
distractissimus ut soles, imo ut non soles, novit enim ille  
quam ulla hactenus negotiorum mole dinecti me, a tam  
suavi alloquio passus sim.

Illustr. Domini: Tui  
Devotissimus  
J. Baptistus